



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

10. Decembris. 4. Idus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

comprobavit eventus. Cùm denique felix spiritus esset è corpore abiturus, extensis in cœlum manibus lætissima voce dixisti: Ecce video cœlos apertos. Nullibi necessaria magis est providentia, quàm in mortis negotio: hïc nulla diligentia potest esse nimia, nulla negligentia non perniciosissima: diu namque, ut sonat proverbium, deliberandum est, quod statuendum est semel.

S. BERNARDUS, s. 2. de SS. Pet. & c.

Utinam sapiamus ad præsentis vitæ <sup>Vera Sapien-</sup> moderationem, utinam intelligamus <sup>tia.</sup> ad præterita correptionem, utinam devota in Deum fide provideamus, ut felicem habeamus (ipso miserante) consummationem.



10. Decembris. 4. Idus.

B. SBIGNÆE, Abbas monasterii <sup>Passi</sup> Claræ Provincie in Polonia: qui <sup>circa</sup> unà cum monachis à sævitia barbarorum <sup>annum</sup> interemptus exercitum candidatorum <sup>1200.</sup> martyrum in cœlo auxisti. *Tu roborâ animum meum, ut viriliter resistam impugnationibus infernalis tyranni, qui præsertim in ultimo prælio solet esse sævissimus.*

Tt3

B.FLO.

Floruit  
circa  
annum  
1260.

B. FLORENTI, Abbas Carraceti: qui desiderio observandi Regulam S. Benedicti ea ratione, quâ tunc recens inducti in Hispaniam Cistercienses florebant, nigri coloris habitum permutâsti in candorem, quem non tam vestes, quàm morum innocentia demonstrabant. *Indue me vestimento sabutis, quo anima mea cooperiat maculas peccatorum: atque ita in die illa magna non destituatur veste nuptiali, sinè quâ comparans projici meretur in tenebras ætiores.*


Obijt  
anno  
1198.

B. HERBERTE Episcopo Rhedonensis, flos sanctimonix, ex Claravallensibus hortis ad thronum Pontificalem elevate. Memoriam gloriosi nominis tui conservat marmoreus tumulus in choro Rhedonensis Basilicæ miraculis celeberrimus. *Fac ut & ego merear floris nomen: floreat in me corporis & cordis puritas; spargam moribus meis odorem bonum coram Deo, Angelis & hominibus: color externæ conversationis sit sincerus sinè fuce simulationis, &c.*

S. BERNARDUS, s. 3. de Annunc.

Florēs Commendat flores pulchritudo, suav-  
virtutū veolentia, & fructus: gratia triplex.  
amat DEUS: Te quoque florem reputat Deus, &  
bene

bene ei complacet in te, si tamen nec honesta conversationis decor, nec bona opinionis fragrantia, nec intentio desit futura retributionis: fructus enim spiritus est vita aeterna.



II. Decembris. 3. Idus.

**B.** DAVID, Monache Hemmenrodensis: quem Florentia Clarævalli, & hæc Monasterio Hemmenrodensi dedit. Relictis profanarum literarum studiis fortiori animo quàm corpore tyrocinium ingressus, ob indolis tenebritudinem à Priore Clarævallis dimissus. *Obijt anno 1179.*  
 es. Cùm verò ex itinere reversus, mellisuius Abbas te ad Monasterii fores jam per aliquot dies supplicem offensus. Cùm verò ex itinere reversus, de futura sanctimonia tua coelitus instructus, amantissimè susceptum ad emittenda Vota admisit: ac brevè post cum aliis colonis ad construendam Hemmenroden dimisit. *Dirè se affligit.*  
 Omnibus pro miraculo erant afflictationes, quibus tum robustiorum fervorem, tum planè vires humanas superabas. Non impar prodigium fuit precum tuarum efficacia, quibus omnia poteras: quod eo tempore mani-